manuscript

Klosterneuburg (?) 13. Jh. Seite 25r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1014
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Duo hinnuli duo populi. qui per humilitatem paruulos se et peccatores intelligunt. sed curitate currentes omnia obstacula mundi transeunt.

Quia nihil refectionem habent qui florent uirtutibus et splendent.

i. usque in finem seculi quando premia recipient que in labore noctis assidue contemplantur.

Et quia per singula talis uadam et tam gratum tam inferioribus quam superioribus. i. sublimes qui fructum martyrii protulerunt. i. ad illos qui suauem odorem orationibus et aliis bonis obmittunt.

Ideo uadam. quia tota pulchra es amica mea. pulchritudo tua me ad hoc inuitat.

hinnuli ca
pree gemel
li qui pas
cuntur in
liliis. donec
aspiret di
es et incli
nentur um
bre. Vadam
ad montem

Donec aspiret dies. postquam dies illa uenerit. nec docendi ultra tempus. nec discendi erit. sed consummatis omnibus huius mundi tenebris. fulgebunt omnes sicut sol.

Vadam quia nouos populos congregabo et quia sermone adiectam degentibus potest in congrue uideri promissa uocatio quamcumque gentium synagoge que in fine mundi est futura seu uocatio quamcumque gentium unde amplissima pulchritudine uniuscuiusque ecclesie que uel deinceps est dei cum gentibus per totum orbem congreganda mox subditur. Tota pulchra es a. m.